



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 46. Ordo Tertius S. Francisci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. temptationi & orationi intentus diu per-  
A.C. 1221. mansit.

## §. XLVI.

*Ordo tertius S. Francisci.*

Vad. 1221.  
n. 13.

\* forte Ca-  
merini.

Dimisso Capitulo Generali, cum S. Fran-  
ciscus pœnitentiam prædicaret, in  
urbibus Assisio propinquis, atque præter  
alias Canariæ\*, incolæ ejus sermonibus  
usque adeo commoti sunt, ut relicti o-  
mnibus turmatim Virum sanctum seque-  
rentur.

His juncti sunt ex vicinis oppidi plurimi, rogantes, ut modum eos doc-  
ret, quo facilius vitam Christianam de-  
cerent. Multis viris uxores suas reli-  
quere & mulieribus a maritis discedere  
cupientibus seseque in Monasteria incli-  
dere, Franciscus, ne legitima matrimo-  
nia solveret, & regionis illius agris cul-  
tores subtraheret, omnibus suasit, ut do-  
mi suæ Christiana pietate Deo servirent,  
promisitque se eis daturum Regulam,  
quam si servarent, in via virtutis proce-  
dere, & vitam degere possent, a Religio-  
forum virorum Instituto haud multum  
abhorrentem, et si rigorem non sentirent.  
Aliorum quoque fervorem nimium in  
urbibus Thusciæ, præsertim Florentia,  
continuit, sicque tertius Ordo S. Fran-  
cisci ortus est, cuius Constitutiones, i-  
psius manu scriptæ non extant, sed solum  
modo

Vading.  
nota 1. in  
Reg. tert.

modo in ordinem ab alio digestæ, & a Sæcul. XIII.  
Nicolao IV. Papa, post annos sexaginta A. C. 1221.  
octo, confirmatæ. Qui hunc tertium  
Ordinem profitebantur, Fratres *de pœnitentia* dicti sunt, atque omnium pri-  
mus resertur Luchesius, qui S. Francisco  
prope oppidum, vulgari lingua *Poggio-*  
*Bonzi*, in Thuscia occurrit. Is prius  
mercaturam fecerat, avaritiæ vitio notis-  
simus, ac præterea Welphorum factio-  
ni plus æquo addictus; sed ipse conver-  
sus, uxori quoque suæ, cui nomen *Bona-*  
*Donna* persuasit, ut in posterum vitam ad  
Christianæ Disciplinæ leges compone-  
ret. His ergo S. Franciscus tertii Ordini-  
nis habitum contulit, coloris cineracei,  
modestum, cum nodoso cingulo, & vi-  
ra voce futuram vitæ rationem præ-  
scriptis.

### §. XLVII.

*Ordo Fratrum Prædicatorum pro-*  
*pagatur.*

Sanctus Dominicus Bononiæ alterum  
Ordinis sui Capitulum Generale, in  
eodem Festo Pentecostes, die trigesima  
Maji, anno millesimo ducentesimo vi-  
gesimo primo, celebrans, octo Fratres  
Provinciales, spectatæ virtutis viros e-  
ligi, jussit, qui Fratribus in totidem Pro-  
vincias sparsis, nempe in Hispaniam,

*Theod. IV.*  
c. 7.

Pp 3 Fran-